



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

5. Expenduntur aliquæ aliæ simikes conditiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

peccaret, quia per illam conditionem iam auctetur ab iis actionibus malitia. Quamvis enim eam conditionem nonnullam nunquam ponendam, vel etiam fac impossibile esse, ut ponatur, tamen sufficit ad vitandum peccatum illas actiones, absolute, & efficaciter nolim, ut modo sup. §. 3. de aliis materiis dictum est.

2. Duos tamen hic scopulos cave, quàm oculos, & periculosos plenos alea. Alterum, facile hos actus in peccatum procedere ab alia actuali voluntate absoluta, ut modo sup. §. 3. ea desideria esse mortalia ex hoc peccaminosa, & tunc ea desideria esse mortalia ex hoc peccaminosa, ita afficiamus, sicuti modo diximus de aliis materiis. Hac ratione peccat mortaliter adolescens, qui ex carpi amore in puellam dicat hanc velle tangere, si mea esset uxor: non enim peccat præcisè ex hoc conditionato actu, quia iam per appositam conditionem tam omni labe purgavit: sed peccat de illo actuali turpi amore, qui hunc actum imperavit, ut in simili §. præced. dictum est.

3. Alitum, non debere quempiam in his actibus, quamvis inefficacibus, longo tempore immorari, nec in illis ferè delectari; tunc enim ex illi actus influerent mortaliter in pollutionem, vel commotionem obsequiam, & de recurreret doctrina toties inculcata de symphonia potentiarum, & actuum, quod scilicet impura libido voluntatis procuraretur.

§. V. Expendantur aliqua alia similes conditiones.

1. Si quis ita animo sentiat, dicatque: *Nolo peccare, quia est Infernus*, seu *ne ad Infernum condemnemur*, non peccat, imò meretur: quia tunc efficitur à peccato removeret, propter motum honestum: nam Deus consilio gehennam minatur, ne scilicet homines peccent.

2. At verò si optativè sic dicat: *Si non esset Infernus, peccarem*, seu, *vellem peccare*, peccat sine controversia. Ita Bonacin. de matrimonio. questione quarta, puncto octavo, num. 29. Suarez. lib. 2. de leg. cap. 13. num. 10. quia tunc solus est, ipsum velle absolute peccare, & optare non adeo peccatum Inferni, quod clara culpa est. Dico (optativè) nam si solum enuntiativè, non peccat, sicuti: *nim hic sensus: Sum ego talis imbecillitatis, ut me cogam facile peccatum, nisi me Deus compesceret timore Inferni.*

3. Ex ea distinctione resolve illud, An sit peccatum sic dicere: *Nisi essem Religiosus fornicarer, te occiderem*, &c. Si enim solum enuntias imbecillitatem tuam, quia, sine fratre Religiosis facile lapsus fuisses; nihil peccas. At si dicas optativè, seu etiam animo deliberando illud faciendi, si Religiosus non esses: manifestè peccas, quia sensus est, reabsolute velle peccare, idemque est, ac si diceret optativè, *vellem occidere, vellem fornicari*. Hoc tamen desiderium fornicationis sine præsentis appetitus delectatione, non esset ex Sanchez. lib. 1. in Decalog. cap. 2. num. 28. in specie Sacrilegij, quia per illam conditionem (si Religiosus non essem) tollitur Circumstantia Vocis.

4. Ex eadem distinctione, si quis ita obloquatur: *Si non haberem rationem mei status, seu nisi meum statum inspicerem, seu si essem secularis, seu si mihi foret adolescentia, fornicarer, occiderem, vindicaret*, clarè peccat, si optativè se habeat; vel determinatè ea velle: quia absolute affectum haberet ab ea peccata, & solum propter conditionem sui status ab iis sese cohiberet. Sicut ergo peccaret, qui diceret: *Si nemo me nunc aspiceret, fornicarer*, ita in prædictis. At si eadem enuntiativè profiteretur, non peccaret, quia sensus esset: *Ego in firmitatem meam agnosco, enuntio me, nisi ab hoc sancto statu, repinnerem, sine dubio peccatum, sicut etiam nec peccat qui enuntiativè sic dicit: Nisi ab alio inspicerem, peccarem*, quia tunc pati modo solum ostenditur animi propensio, non verò absoluta determinatio peccandi. Ex his collige similia.

Par. I.

5. Illud superest dubium: An peccet, si quis ita sentiat, dicatque: *Si non esset timor Dei, nollem ieiunare, nollem abstinere à fornicatione*. Quando enim sensus est: *Ex infirmitate seu propensione mea nollem ieiunare, vellem fornicari*, sed quia mihi in corde sedet timor Dei, nolo absolute. Simile est hoc dictum illi alteri: *Nolo absolute peccare, quia est infernus*, quod non esse peccatum sic numero primo, dictum est, non ergo est peccatum sic sentire, vel dicere. Bonacin. de matrimonio. questione quarta, puncto decimo, numero trigésimo, absolute docet, esse mortale, si ille intendat velle desistere à peccato ob poenas, quas timet à Deo infligendas. Sed est distinguendum: si enim prædicta verba dicantur ex sensu, prædicto, non est Bonacinæ assentiendum; idque, tum propter dictam rationem, tum propter communem doctrinam, quæ docetur attritionem partem Sacramenti Penitentiae in hoc Dei timore fundari, ut fuit alibi: Et rectè Castro Palus, loco citato §. tertio, numero quinto, sine, sic habet: *Nunquam est peccatum, velle relinquere peccatum, ob timorem inferni, vel ob amissionem honoris, ob quemcunque enim finem peccatum relinquatur, peccatum non est*. At si eadem verba dicantur in sensu, quo quis velit absolute peccare, unde & optet infernum non esse, nemo ambigit esse peccatum, ut in simili diximus num. 2.

CAPUT IV.

Qua ratione dignoscatur voluntas consensisse moraliter in peccatum, Remissivè.

1. DE hac satis lucidè dictum est libro primo de capite primo, §. tertio à numero vigesimo septimo, quod relege.

CAPUT VII.

Expenditur Deciso Caramuelis de delectatione Speculativa.

1. Caramuel, in Reg. Sancti. Benedicti. num. 1039. sic habet: *Ioannes Speculativè proponebat sibi varia obiecta, ut maiorem delectationem haberet in mollitie, quo modo peccavit? Reperio tria consideratione digna: Finem, entitatem medij, & ordinationem medij ad finem. Finis est delectabiliter pollutio: non mutat speciem maior, aut minor delectatio, & ideo non est opus in Confessione hanc circumstantiam aperire, entitas medij erat licita, quia est a. ius Speculativus, qui nullo modo interdicitur, ordinatio medij ad finem non est mala, sed malitia finis, quia sicut materia existit existens, a forma in semina probabili, ita etiam in eadem medium, si alias indifferens, insciunt non propria, sed malitia finis Ideo in Confessione dicat, committit mollitiem, & sufficit. Haecenus ille.*

2. Sed non est audiendus; debet enim is fateri, se Contemplatum esse iuvenem, vel feminam, vel bestiam, &c. Ratio est, quia relictis his tribus à Caramuele desideratis, cum ipsemet loquatur hic de actu practico, qua nimirum ratione Ioannes peccaverit, & confiteri sacramentaliter debeat, videndum est, quid fuerit in ipsa praxi. In ipsa autem praxi Ioannes peccavit peculiari illo peccato cogitato; Id, quod probatur, quia ut vidimus supra, cap. 1. num. 8. ea Speculativa contemplatio ferè & sine ullo fine, seu licita commoditate suscepta, & propter meram ipsam Speculativam delectationem assumpta, per sympathiam evocat commotiones spirituum, imò & consensum voluntatis in illud idem obiectum, quod Speculativè prætendit contemplari: Si ergo Ioannes

Nn 3 consensit